



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome  
Controuersiarum Omnium huius Aeui  
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis  
Quadripertitis digestarum**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiae, 1624**

XXXVIII. Quam Veneranda Luthero-caluinistis Deipara visa?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11726**

DE CALVINIANIS ista accipe. Ac primò ab eorum choriphæo. CALVINVS in Illa. cap. 53. v. 8. Generationem eius quis enarrabit? Locum hunc, ait, ad corporalem ex Virgine natiuitatem Irenæus, Augustinus, Iustinus, cæterique malè referunt. De propagatione regni eius & diuturno tempore, exponendus erat.

AVTOR. Nimirum sanctior erat, & acutior Calvinus, qui plus vidisset in Scriptura, quàm tot SS. Patres: vt Iren. l. 3. c. 21. Iustinus in colloq. cum Triphone; Aug. tract. 32. in Ioan. Leo Papa de Nat. Dom.

2. NIC. SARGERIVS, Christum ex Maria verè natum negans, inquit: *Per illam non decurrit secus, quam per canalem aqua. Aliæque plura talia Canisius in Mariali congerit disertè.*

AVTOR. Equidem principes Calvinistas non citra ruborem lego, Natiuitatem Marianam flagitiosè rimantes.

3. Nam ecce ita MOLINÆVS in Harmoniæ part. 3. *Christus natus ex Maria est cum virginittatis iactura. Credendum; quod naturaliter, ruptis obicibus, locis apertis:*

4. BEZA aduersus Schmidelinum *Diuisis vteri partibus exiuit.*

5. PET. MARTYR in Rom. c. 4. & l. contra Richardum Smithæum sic illud moderatur: *Vel certè inter ea, qua necessariò credi debent, recipiendum non est.*

6. CALVINVS confirmat in Morth. c. 2. omninò prætorianè ac scepticè; Sanè, inquit, nò alia de causa Dominus, quoad tēpus fugiendi in Agyptum, pepercit Mariæ nisi vt iter posset facere tantò commodius, ubi ex puerperio conualuisset.

AVTOR. ATQVI liquet obtinuisse apud Pholos hocce impurissimi Iouiniani hæresiarchæ blasphemiam: Itemque spurcissimi istius Iudæi, Pagani, venefici, monstri Africani (vt Græcorum historici appellant) Constantini Copronymi

dementiam sic in Deum loquentis: *Ita Christus de Maria Virgine natus est, sicut ego ex matre mea Maria sum natus.* Vide Constant. Manassien in Annalib. p. 174. & Bzouium nostrum anno 763. §. 6. Idem Copronymus Deiparam comparare amabat blasphemus bulgæ autoplennæ, cum grauida Christum vtero ferret: at vacuæ similem aiebat burfæ postquã fuisset enixa. Flammis digna tartareis lingua! Vide quæ prolixè tractauit in mea Clauis prædicandi Rosarium, lib. 1. c. 13. 14. 15.

### QVÆSTIO XXXVIII.

*Quàm veneranda Luthero-calvinistis Deipara visa?*

LUTHERVS in 1. Pet. c. 1. & in Postilla. serm. de Nat. Mariæ Et in Postilla in Tore in Dom. Epiphaniæ proxima. *Omnes Euangelica fide renati, pares Maria sumus in honore, tam sancti sumus, atque Ipsa; dummodo in Christum credamus.* Apul. Fran. Colle. um in præfat. libelli Sodalitatis: *Maria nihilo fuit sanctior Catharina Lutheri*

Idem in Postilla, Conc. de Nat. B. V. fol. 40. *Nostra Mulier non debet tantis estimari. Non damnaberis, etsi Mariam nullo unquam honore asseceris; in d. etsi nunquam illius recorderis.* Ibid. *Vt im. vs ipsius festum omittretetur.* Ibid. *Collata est supra omnes choros angelorum: hoc inultum est.* Ibid. *Si Mater Dei, Petrus & Paulus hoc hodie in terris versarentur, sese mihi sub pedibus subicerent & pro Domino colerent.* Ibid. *Nos omnino aequè sancti sumus, ac Maria cæterique Sancti, quancunque sint.* Ibid. *Adhuc etiam tua precia tam mihi grata sunt, quàm isto um.* Cur? *Quia si credes, quod Christus eq. d. in te ac in illa habiet, tunc tam in iuu. re me potes, quàm illa.*

BRENTIVS. hom. 1 in Ioan. *Fuit Maria femina non tantum rudis, ignerans. & erroribus obnoxia; sed ambitiosa etiam:* Idem hom. 78 in Luc. c. 8. *Iniuitu, bl. spheia:* Idem hom. 17. in Luc. de Sperabunda, & aliorum grauium peccatorum rea. Idem hom. 12 in Luc. In merite Fi. y sui fuit scandalizata. *Inferni do. o. res, etiam in h. c. v. a. eam obruerunt.* Talia Lutherani. Vid. Mendacem Antipap. par. 1. q. 3.

CALVINIANI NUMERIOSA? 1 CALVINVS in Harmonia. in Luc. c. 2. ver. 48. *Fuit Maria femina superba. Deo sese ipsi preferens:* Idem in Ioan. c. 2. v. 4. *In tempestiue festinans:*

*festinans*: Idem in Luc. c. 8. v. 19. *Plus iusto fatagens*: Idem in Matth. c. 12. v. 48. *Impor- tuna, & præpostere cursum doctrinae Christi ab- rumpen*: Idem in Ioan. c. 2. v. 3. *Qua fines suos sapè excessit*. Idem in Luc. c. 1. v. 34. *Qua non malignè minus Dei potentiam, quam Za- chariam restrinxit*. Ista solùm ex Caluino ca- pe in exemplum.

2. LATIMERVS suis in Concionibus, sub Henrico VIII. Anglorum Rege Apo- stata, non iam manibus, verum sacco toto, quod a- unt, fundens blasphemias, ita ait, vt videre est in Caluino-Turcismolib. 3. c. 13. *Nihil eo dignitatis accessit Mariae, quod Christum pepe- rit. Fuit enim* (ecce tibi Copronymi disci- pulum) *sacculo, crocum vel aurum comple- tenti, similis: qui, vt oppletus magni penda- tur, depietus tamen nullius est momenti vel pretij.*

3. NVNQVID amplius? Et nostro tempo- re sunt etiam feminae, qua Christi Matres non minus, quam Maria; esse possent. Ita nimirum per summam impudentiam femina quaedam in Scotia. Quae tamen, ait *Q. ir. Cnogle- riu*, tantum abest, vt eo nomine reprehende- rint Ministri; vt etiam eius sententiam, (Hamiltoni, ministri olim Scotici verbis utor) in publicis sacris, & profanis rebus, longe magis, quam Episcopi cuiusquam secuti semper sint au- toritatem. Vide Hamiltonum in Calu. Con- fationis demonstrat. lib. 2. c. 3.

4. BVNY denique coronidens addit e'logiorum scilicet infandorum Calvinianæ blasphemix, in lib. *Exercitij Christiani*; quæ Ministri in Anglia Cayphæ, Eboracensi Archiepiscopo, dedicauit: *Maria* o ipso tẽ- pore, quo moriente in cruce Filio, inter turbas milites adstitit; quatuor lethalia in sese cri- mina admisit transgressa diuini Decalogi man- data, primum, quintum, sextum, nonum, &c. Vide meam Clauim prædicandi Rosar. l. 1. c. 13. 14. 15.

AUTOR. Præpotentis Dei Manus Deiparam suam omni gratiarum ac vir- tutum genere cumulauit. Non supremis

Angelis, non Patriarchis, non Præcur- sori, non Apostolis talia tantaque gratiæ dona largitus est Deus; qualia & quanta sacrosancto Virginis Animo impertiuit. Cùm verò gratia in Virgine otiosa non esset; sed negotiosa semper excreceret, & mirabiliter augetetur; quantam eam fe- cisse purabimus, quæ tales haberet & vi- res, & causas incrementi?

1. Animam primùm incomparabi- lis sanctitatis claritas circumfulsit, & cõ- decorauit.

2. Ea mox ad inestimabile peruenit augmentum. Nam Christus, verus Eliæus, suo ingressu Hospitium illud mu- neribus compleuit. His Cœlites, quæ singulos, quæ vniuersos, teste *Suarez q. 37. art. 4. disput. 18. Sect. 4.* anteiuuit. Fons enim ille primus sanctitatis fluminibus i- ta deinceps augeri perrexit; vt velut infi- nitum quoddam mare constiterit.

3. Nam opificis sui amantissima, quæ- cunq; ageret, diceret, cogitaret; omnia ei ad nouæ gratiæ additamenta valebant.

4. Quale illud; quod Matrem cum primis illis Fidelibus, Petro, aliisque Apo- stolis, Eucdio teste *apud Nicep. h. st. l. 2. c. 3.* suis manibus Filius baptizauit? At que tamen nihil esset, quod baptismus ab- lueret; sacro tamen baptismatis impre- so caractere virginalis ille Animus no- uo pulcritudinis splendore ac lumine radiauit.

5. Quale, quod iis Deipara sese aggre- gauit, quibus die Pentecostes Sp. san- ctus dona charismatũ dispersit? Quis illi nouam accessisse sanctitatem neget? Atque tum etiam, cùm quotidie San- ctissimam Eucharistiam perciperet? Ex his fontibus Deiparæ gratia promana-

H 2 uit,

uit, adeò; vt; tametsi, Proti. vlt. *multa fili-  
lie congregauerunt diuitias: ipsa tamen fue-  
rit supergressa vniuersas.*

6. Quod si quando Christus Matri  
duriusculè loqui visus; præalto id factū  
mysterio S. Patres interpretantur; Ni-  
mirum propter adstantes, qui IESVM esse  
Deum nesciebant; sed merum hominis  
filium existimabant. Quòd verò con-  
cionantem mater importunè interpel-  
larit, aut in nuptiis sollicitarit contra τὸ  
πρότερον; id hæreticorum commentum  
est.

1. Quòd memorabilius est, quod S.  
Ambrosius præcipit, lib. 2. de Virginib.  
*Sit nobis, inquit in imagine descripta Virgi-  
nitas, vitæque Maria; in qua, velut in spe-  
culo resulget species castitatis, & forma vir-  
tutis.*

2. Richardi Victorini verba placent,  
lib. 2. de Emmanuele: *Tota pulchra: merito:  
Quia pulchra facie, pulchra mente, pulchra corpo-  
re: que etiam Principibus tenebrarum terri-  
bilis fuit.*

3. Richardus lib. 5. in Cantica: *In om-  
ni vita consummata, in omni bono & dono  
confirmata fuit.* Rupertus lib. 4. Exer-  
citationum: *Illæ est, cuius vita in clypeo  
cunctas illustrat Escl. 5. 1. Tu virtutum  
operat. ix, ac totius sanctæ magistra religio-  
nis &c. in omni flore & fructu honoris & ho-  
nestatis.*

4. De perpetua Almæ Matris Virgi-  
nis Virginitate hoc solum dicam, illi ne-  
minem inimicum vnquam fuisse, qui  
non ab omni foeditate fuerit contami-  
natissimus. Quòd in luculentiores Dei-  
paræ laudes adnumero illa illaudatissi-  
morum blasphemia conuitia. A quib⁹  
Mariana parthenicus splendor gloriæ

minus, quam à cœno radij solares, infici  
& anhelari potest. Sed non ego pane-  
gyrim hîc texere; Deiparæ magis docere  
statui innocentiam.

#### Q V Æ S T I O XXXIX.

*Quàm infidelibus Turcis ac Ethnicis  
Venerabilis Deipara?*

**H**ostium laus est admirabilis. Nolo  
tamen illā, quæ ab ipsis met nostratib⁹  
hæreticis huc repetere possem; inexora-  
bili Veritatis vi, atque rigore immenso-  
que Gratia ac Gloria Parthenicæ splen-  
dore coruscante vel extortam inuitis, aut  
suxæ immemoribus maledicentiæ elapsā.  
Nolo hanc, planeque respuo in prælens:  
Neque despicio tamen: abijcio minus.  
Alios ipsorū huc iudices accersam, qui-  
bus se ipsi in religionis sanctimonia  
plus mille parasangis anteponunt.

Quantò Luthero-caluinistis sanctius  
de Cœlorum hac Regina, non dico san-  
ctissimi Patres: (illorum enim gemmas  
ante porcos hos abijcere infania sit) sed  
etiam ipse Mahumetes? 1. Sic enim  
ille apud Magdenburgenses; Cent. 8. c.  
15. *Spiritus Dei intrauit Mariam, & IES-  
VM ex ea genuit.* 2. Idem Azoara 31.  
*Omnium mulierum Optima MARIAE A-  
nimam Deus insusflauit. & illam, Filiumque  
eius manifestum gentib. MIRACVLVM  
posuit.* 3. Et rursus Azoara 5. *MA-  
RIA fuit omnibus viris & mulieribus splen-  
didior, & mundior atque purior.* 4. Et  
iterum Azoara 13. *Maria nunquam ali-  
quid mali, siue malitiæ operata est.* Erube-  
scite Caluini Phormiones, erubescite: si  
vester tamen est virtutis ille natiuus co-  
lor.

Porrò in Alchorano sic acclamatur:  
Azoar